

# Liber

congruens est creatus. Non enim et ipse ideo si ne magistro alba et nigra discernit: quia ista iam nouerat antequam in hac carne crearet. Denique cur de solis rebus intelligibilibus id fieri potest. ut bene in interrogatus quoscumque respondeat quod ad quoscumque pertinet disciplinam: etiam se eius ignarus est. Cur hoc facere de rebus sensibilibus nullus potest: nisi quod isto vidit in corpore constitutus: aut eis quod nouerant indicantibus credidit: seu ipsis cuiusque seu uerbis. Non enim ascendendum est eis quod samius perit agoriam ferunt recordatus fuisse talia non nulla quae non fuerat expertus: cum hic alio iam fuisset in corpore et alios nonnullos narraret alij: eiusmodi aliquid in suis mentibus passos: quas falsas fuisse memorias: quales plerumque exprimur in somnis: quoniam nobis uidemur reminisci quod egerimus aut uiderimus quod nec egerimus omino nec uiderimus: et eo modo affectas esse illorum mentes etiam uigilantium instinctu spirituum malignorum: atque fallacium: quibus cura est de reuolutionibus animarum falsam opinionem: ad decipiendos homines firmare uel serere. Et hoc conijci potest: quia si uere illa recordarentur que hic in alijs antea positi corporibus uiderant: multis ac pene omnibus id contingeret: quoniam quidem ut de uiuis mortuos: ita de mortuis uiuos: tanquam de uigilantibus dormientes: et de dormientibus uigilantes sine cessatione fieri suspicant. Si ergo hec est sapientie et scientie recta distinctio: ut ad sapientiam pertinet aeternarum rerum cognitio intellectualis: ad scientiam uero temporalium rerum cognitio rationalis: quod cui proponendum siue postponendum sit: non est difficile iudicare. Si autem alia est adhibenda discretio qua dinoscantur hec duo: que perculdubio distare apostolus docet dicens: Alij dant quidem per spiritum sermo sapientie: alij sermo scientie secundum eundem spiritum. An etiam istorum duorum que nos possumus euidentissima differentia est: quod alia sit intellectualis cognitio eternarum rerum: alia rationalis temporalium: et huic illam proponendam esse ambigit nemo. Relinquentibus itaque nobis ea que exterioris sunt hominibus: et ab eis que communia cum pecoribus habemus introsum ascendere cupientibus: antequam ad cognitionem rerum intelligibilium atque summarum que semperterne sunt ueniremus: temporalium rerum cognitio rationalis occurrit. Etiam in hac igitur inueniamus si possumus aliquam trinitatem: sicut inueniebamus in sensibus corporis: et in his que per eos in animam uel spiritum nostrum imaginabiliter intrauerunt: ut per corporales rebus quod corporeo foris positas attingimus sensu: inter corporum similitudines haberemus impressas memorie: ex quibus cogitatio formaretur tertia

uoluntate utrumque iugente: sicut formabatur foris acies oculorum quam uoluntas ut uisio fieret adhibeat rei uisibili: et utrumque iugebat etiam am illic ipsa se admouens tertia. Sed non est coartandum in hunc librum: ut in eo qui sequitur si deus adiuuerit conuenienter possit inquiri: et quod inuentum fuerit explicari.

Explicit liber duodecimus.

Incipiunt capitula libri decimitertij.

- i De gemino rationalis mentis officio quorum unum ad temporalia: aliud pertinet ad eterna.
- ii De fide que licet per corporis sensum mente concepta sit: nihil tamen inuenitur habere corporeum.
- iii De uoluntate quam et singuli propriam et omnes etiam non indicatam possunt habere communem.
- iiii De beatitudine quam omnes una uoluntate expetunt: sed non eadem omnes definitione nouerunt.
- v An omnes beati sint qui uiuunt ut uolunt.
- vi Propriore esse beatitudini uoluntate rectam etiam non adeptam quod cupit: quam prauam etiam si quod concupiuit obtinuit.
- vii Ad ueram beatitudinem uiam esse per fidem rectam sine qua nulla cuiquam possit fortitudo prodesse.
- viii Perfectam beatitudinem nisi in eterna uita esse non posse.
- ix An eternitatis capax sit humana natura.
- x An alio modo omnipotens deus hominibus eternitati debuerit reformare: quam ut sibi deus filius naturam unam ret humanam.
- xi Qua ratione in sanguine christi iustificentur credentes: et quomodo in hoc sacramento totius sit trinitatis operatio.
- xii Quo merito homo diabolice sit traditus potestati.
- xiii De consilio dei quo ei placuit ut potestas diaboli non potentia: sed iusticia uiceretur.
- xiiii De omnium debito per nihil debentem christum soluto.
- xv An quod sit diabolus uictus a christo.
- xvi Ad quam utilitatem fidelium reuocatoz mala que per originale peccatum sunt contracta conuersa sint.

xvii De his que per incarnationes xpi sunt collata credentibus.

xviii De natiuitate domini ex maria virgine et spiritu sancto

xix De verbu[m] caro factum quod est xps iesus et sapientie thesauros in se habeat et scientie.

xx Neminem posse sine fide ad veram beatitudinem peruenire

Aurelij Augustini episcopi de trinitate liber tredecimus incipit

De gemino rationalis mentis officio. quorum vnum ad temporalia. aliud pertinet ad eterna. **Capitulum I.**

**I**n libro superiore huius operis duodecimo satis egimus discernere rationis mentalis officium in temporalibus rebus. ubi non sola cognitio. verum et actio nostra versatur ab excellentiore eiusdem mentis officio: quod premeditationis eternis rebus impenditur ac sola cognitione fruuntur. **Commodum** autem fieri putato: ut de scripturis sanctis aliquid interseramus: quod facilius possit vtriusque dinoscere. **Euangelium** suum iohannes euangelista sic exorsus est. **In principio** erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. **Quod factum** est in ipso vita erat. et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non apprehenderunt. **Fuit homo** missus a deo cui nomen erat **Iohannes**: hoc venit in testimonium: ut testimonium preberet de lumine: ut omnes crederent per illum. **Non** erat ille lux: sed ut testimonium preberet de lumine. **Erat lux** vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. **In mundo** erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognouit. **In propria** venit et sui eum non receperunt. **Quot** quot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. **Qui** non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. **Et** verbum caro factum est et habitauit in nobis. **Et** vidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti a patre: plenum gratie et veritatis. **Hoc totum** quod ex euangelio posuit: in precedentibus suis partibus habet quod immutabile ac sempiternum est cuius contemplatio nos beatos facit. **In consequentibus** vero: permixta cum temporalibus commemorant eterna. **Ac per hoc** aliqua ibi ad scientiam pertinent: aliquid ad sapientiam: sicut in libro duodecimo precessit nostra distinctio. **Quia** in principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. **Omnia** quae ipsa facta sunt: et sine ipso factum est nihil: quod

factum est in ipso vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderunt. **Contemplatiua** vita requirit et intellectuali mente cernendum est. **Qua** in re quanto magis quis profecerit: tanto fiet sine dubitatione sapientior: sed propter id quod ait. **Lux** lucet in tenebris: et tenebre eam non apprehenderunt: fide vtriusque opus erat quod crederet quod non videretur. **Tenebras** quippe intelligi voluit auersa ab huius luce eamque minus idonea proueri corda mortalium: propter quod adiungit et dicit. **Fuit** homo missus a deo cui nomen erat **Iohannes**: hic venit in testimonium ut testimonium preberet de lumine ut omnes crederent per illum. **Hoc** iam temporaliter gestum est: et ad scientiam pertinet que cognitione historica continetur. **Hominem** autem **Iohannem** in phantasia cogitamus que de humane nature noticia impressa est nostre memorie. **Et** hoc eodem modo cogitatur: siue qui ista non credunt siue qui credunt. **Utriusque** enim notum est quid sit homo cuius exterioriorem partem: id est corpus per corporis lumina didicerunt. **Interiori** vero: id est animam in seipsis: quia et ipsi homines sunt: et per humanam prouersationem cognitam tenent: ut possint cogitare quod dicitur. **Fuit** homo cui nomen erat **Iohannes**: quia et nomina sciunt loquendo et audiendo. **Quod** autem ibi est: missus a deo: fide tenent qui tenent. **Et** qui fide non tenent: aut dubitatione ambigunt: aut infidelitate derident. **Utriusque** tamen si non sunt ex numero nimis insipientium: qui dicunt in corde suo: non est deus: hec audientes verba vtriusque cogitatur: et quod sit deus: et quod sit mitti a deo: et si non sic res se habere certe sicut valent. **Fide** porro ipsam quam videt quis in corde suo si credit: vel non esse si non credit: aliter nouimus: non sicut corpora que videmus oculis corporis et per ipsorum imagines quas memoria tenemus: etiam absentia cogitamus nec sicut ea que non vidimus et ex his que vidimus cogitatione vtriusque formamus et memorie commendamus: quo recurramus cum voluerimus: ut illic ea vel potius qualescunque imagines eorum quas ibi fiximus similiter recordatione cernamus. **Nec** sicut hominem viuum cuius animam etiam si non videmus ex nostra coniectimus: et ex motibus corporalibus hominem viuum sicut videndo didicimus intuemur etiam cogitando. **Non** sic vnde fides in corde id est ab eo cuius est: sed eam tenet certissima scientia: clamaturque scientia. **Cum** itaque propterea credere iubeamur: quia id quod credere iubemur videre non possumus: ipsam tamen fidem quam in eis non videmus in nobis: quia et rebus absentium presens est fides: et rebus que foris sunt intus est fides: et ipsa tamen temporaliter

Ioh.

Ubi.

Ubi.

De.